



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 14. Solennis Votorum sponsio ab Ignatio, ejusque Sociis facta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

**Sæcul. XVI** mense Augusto Mozambicum pervene-  
**A. C. 1541.** runt. Hic Zanguebariæ portus est, qui  
 Septentrionem versus Abyssiniæ, ad me-  
 ridiem vero mari Æthiopico interjacet,  
 atque e regione Madascarensem insulam  
 respicit.

## §. XIV.

*Solemnis Votorum sponsio ab Ignatiō, ejusque Sociis facta.*

**Bouh. vie de S. Ign. l. 3. p. 217. Orl. in hist. Soc. l. 3. n. 11.** **D**um hæc interea gerebantur, hoc anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo primo die decima septima Aprilis in festo Paschatis Ignatius Societatis suæ regimen in se suscipere cœperat, omnes vero ejus Socii, qui Romæ agebant, die vigesima secunda ejusdem mensis septem insigniora urbis tempa, quæ præcipuæ vocantur *Stationes*, obibant, postea vero solemni votorum sponsione fæse Deo devovebant. Celebrabant hanc solemnitatem in templo D. Pauli, ubi Ignatius peracta re divina ante Dominici Corporis sumptuonem excepit solemnem Sociorum suorum professionem, quæ erat hæc: *Ego N. promitto Deo perpetuam paupertatem, casitatem & obedientiam juxta formam vivendi in Bulla Societatis JESU. Insuper promitto specialem obedientiam summo Pontifici circa Missiones in Bulla contentas. Rursus promitto me obediturum circa eruditio-*

*tionem puerorum in rudimentis fidei juxta Sæc. XVI,  
eandem Bullam.* Solus tamen Ignatius A.C. 1541.  
cunctos hosce articulos immediate sum-  
mo Pontifici promisit, ceteri vero ejus-  
modi promissa fecerunt S. Ignatio tan-  
quam eorum Præposito ac Capiti; qua-  
propter in signum debitæ submissionis  
atque obedientiæ eidem humiliter ma-  
nus deosculabantur.

## §. XV.

*Piæ actiones Romæ a S. Ignatio  
peradæ.*

**N**uncupatis hisce votis novus hic Præ- *Orl. n. 140*  
positus primas eo curas intendit, ut & seq.  
Christianæ doctrinæ rudimenta trade-  
ret. Selegerat ad prius hoc exercitium  
Ecclesiam S. Mariæ de Strata; hæc e-  
nim ejus Sociis, qui prius non nisi do-  
mum mercede conductam incolebant,  
dono data fuerat, in qua Ecclesia Igna-  
tius per sex omnino hebdomadas conti-  
nuo sacrum hoc ministerium obibat:  
priusquam vero suas Constitutiones ela-  
borasset, pro privatis Societatis suæ  
membris quædam generalia conscripsit  
statuta, cumque ejusdem Socii a summo  
Pontifice ad diversas Christiani Orbis  
Provincias mitterentur, & quidem Sal-  
meron & Broetus in Hiberniam, Jaco-  
bos Lainez Venetas, Petrus Faber Ma-  
dritum, Bobadilla & Claudius le Jay

B 2

Vien-